BIBLIA: VETUS TESTAMENTUM. FULGENTIUS RUSPENSIS

Österreich (Wien), 1473-1474 Seite 66r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



veritis quid comedemus an-
no septimo si non seruerimus ne-
que collegerimus fructus nostros
dabo benedictionem meam vobis
anno sexto. et faciet fructus
sufficientes tribus annis octauo. et co
medetis veteres fructus usque
ad nonum annum. donec noua
nascantur edetis vetera Terra
quoque non vendetur in perpetuum. quia
mea est: et vos advenae et colo
ni mei estis Unde tuta re
gio possessionis vestre sub re
dempcionis condicione vendetur
d. Si attenuatus frater tuus ve
nderit possessunculam suam. et
voluerit proximus eius. potest
redimere quod ille vendiderat
Sin autem non habuerit proximum
et ipse sibi ad redimendum po
tuerit invenire computabit
fructus ex eo tempore quo vendidit
et quod reliquum est reddat ac to
ri emptori sicque recipiet pos
sessionem suam quod si non invenerit
manus eius ut reddat pre
tium. habebit emptor quod eme
rat usque ad annum iubileum Sp
ipso enim anno venditio redit
ad dominum. et ad possessorem pri
mum Cui vendiderit domum
intra urbis muros: habebit
licentiam redimendi donec an
nus impleatur tantum Si non re
demerit et annus circulus fuerit
euolutus: emptor possidebit
eam. et posteri eius in perpetu
um: et redimi non poterit in
tam in iubileo. Sin autem in vil
la fuerit domus. que muros
non habet. agrorum iure vende
tur. Si autem redempta non fuerit
in iubileo reuertetur ad dominum
Ades leuitarum que in urbibus
sunt semper possint redimi.
Si redempte non fuerit: in iubi
leo reuertetur ad dominum: quia
domus urbium leuitarum pro pos
sessionibus sunt inter filios israhel. Suburbana autem eorum non
venient: quia possessio sempiter
na est. Si attenuatus fuerit fra
tuus et infirmus manu. et
susceperis eum qui aduenam et
peregrinum et vixerit tecum: ne
accipias vsuras ab eo. nec am
plius quam dederis. Time deum
tuum: ut viuere possit frater tuus
apud te. Pecuniam tuam non da
bis ei ad vsuram. et frugum qua
habundantiam non exiges. Ego
dominus deus vester qui eduxi vos
de terra egipti ut darem vobis
terram chanaan. et essem vester
deus Si paupertate compulsus ve
f. nierit ut tibi frater tuus. non
eum opprimes seruitute famulorum
sed qui mercenarius et colonus
erit. vsque ad annum iubileum
operabitur apud te. et postea e
gredietur cum liberis suis. et re
uertetur ad cognationem et ad pos
sessionem patrum suorum Mei enim
serui sunt. et ego eduxi eos de
terra egipti. Non venient condi
cione seruorum. Ne affligas eum
per potentiam: sed timeto deum
tuum. Seruus et ancilla sint
vobis de nationibus que in circu
ito vestro sunt. et de aduenis qui pe
regrinantur apud vos Vel qui ex
his nati fuerint in terra vestra
hos habebitis famulos: et
hereditario iure transmittetis
ad posteros: ac possidebitis in
eternum. fratres autem vestros
filios israel. ne opprimatis per po
tentiam si fuerit apud vos
manus aduene atque peregrini
et attenuatus frater tuus.